

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In Qua Tractatur De Contractu Et Sacramento Matrimonii

Bosco, Jean a

Lovanii, 1678

Conc. III. Si pendente conditione, alia absolutè ducatur, primum
Matrimonium est invalidum etsi posteà conditio impleatur; secundum est
validum, quàmvis illicitum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73432](#)

CONCLUSIO III.

Si pendente conditione, alia abso-
lutè ducatur, primum Matrimo-
nium est invalidum, et si postea
conditio impleatur; secundum
est validum, quāvis illicitem.

tione, vel quodd mutuò illos accipiatis, de iisque
ut suis disponere possit, posita tali conditio-
ne; tunc certè pecunia non transit nunc in
dominium Petri: posita tamen conditione, si
priorē consensu non revocaveris, poterit
procul dubio Petrus eos sibi accipere, & de
illis ut suis liberè disponere; quia ex vi prioris
consensus, virtualiter perseverantis, cen-
seris tunc eos tradere, quā traditione perfici-
tur contractus donationis vel mutui: ergo, si
ipse erit animum habet, vel habuit, eos suo
nomine possidendi posita conditione, absque
alio novo consensu tuo, incipit eos suo no-
mine possidere, & ponitur totum, quod exi-
gebat ad perficiendum talem contractum.

Unde idem dicendum videtur, quoties
non requiritur traditio realis, sed suffici-
virtualis vel interpretativa, que in tali mo-
do contrahendi, talibus verbis expresso, con-
tinetur, ut cū donans domum Petro, con-
stituit se ejus nomine possessorem & inqui-
linum, & idēc censetur ei domum tradere.
Nam si donaret, etiam sub conditione futu-
ra, & diceret: *Ea nunc pro illo tempore & ho-
ra, quāras talis conditio posita fuerit, constitu-
me possessorem & inquinum tuo nomine;* id
sufficeret, ut posterū dic, priori consensu non
revocato, adveniente conditione, censem-
ter traditio fieri absolue virtute prioris
consensus, virtualiter manentis.

Quod enim operatur consensus moraliter
præsens, operari poterit idem consensu non
revocatus virtualiter præsens: quare si con-
sensus præsens, tali modo expressus, sufficit
ad inducendam traditionem virtualem; sic
etiam idem consensus, virtualiter præsens,
poterit postea eandem traditionem virtua-
lem inducere; sicut enim in Matrimonio
verba & contentus præsens inducit tradi-
tionem actualem corporum, & idem con-
sensus virtualiter manens, inducit postea
posita conditione eandem traditionem; sic
in aliis contractibus idem consensus, virtualiter
perseverans, poterit adveniente condi-
tione inducere traditionem virtualem, quæ
solo consensu & verbis induci potuisset.
Quando tamen requiritur traditio realis, suf-
ficiet, si res illa jam penes donatarium in-
veniatur, ad hoc ut vi prioris consensu virtua-
liter manentis, incipiat ab ipso ut sua possi-
deri. Hucusque Cardinalis.

Ergo nec secunda differentia probat op-
positum nostræ Conclusionis; sed adhuc verè
dicitur, tametsi Matrimonium sit contra-
ctus, qui nequaerat perfici solo consensu, sed
necessarij constet traditione rei; equidem
sub conditione celebratum, eventu conditionis
purificatur, sive perficitur sine novo con-
sensu, nisi prior consensu fuerit revocatus.
Ex quo sequitur hoc corollarium.

I Ncipio ab eo, quod certum est apud Om-
nes, scilicet secundum Matrimonium esse
illicitem; quippe nemo dubitat, quin ex tali
Matrimonio oriatur obligatio pura expe-
ctandi eventum conditionis, & obligatio
conditionalis ad minus sponsalium; his au-
tem obligationibus præjudicat secundum
Matrimonium, supposito quod sit validum,
ut per se manifestum est; ergo peccat gravi-
ter, quia contra iustitiam in materia gravi,
qui id facit absque causa, invitâ alterâ parte;
& magis, inquit, Aversa h̄c q. 4. sect. 1. §. Aversa.
Tertio, in fine, quām quā solis sponsalibus
recedit. Videntur autem, addit idem Au-
tor, exdem cause sufficere posse ad lici-
tē recedendum ab eo contractu, atque à
sponsalibus.

Sed contra dicaret alius: si majus pecca-
tum est, recedere à contractu illo conditionali-
li; ergo etiam videntur requiri majorē cau-
sa ad lictē ab eo recedendum; nam quod ob-
ligatio aliqua gravior est, eo requiruntur ma-
iores cause, ut illa obligatio cesset, sive per
dispensationem, sive aliud medium. Sic v.g.
quia major obligatio est celebrandi Missam
cum manipulo, stola & casula, quām cum
cingulo; idēc major requiritur causa ad ce-
lebrandum sine manipulo, stola, & casula,
quam dumtaxat sine cingulo.

Similiter; quia major est obligatio voti
absoluti castitatis perpetuæ, quam voti dum-
taxat conditionati; idēc major requiritur
causa ad dispensandum in voto absoluto,
quam conditionato. Immo votum absolutum
Pontifici reservatum est, secus conditionatum. Ergo itidem, si magis peccet, qui
recedit à Matrimonio conditionato, & per
consequens, si Matrimonium conditionatum
magis obliget (nam illi excessus peccati,
non potest aliunde provenire, quam ex ex-
cessu obligationis) videntur etiam requiri
maiores causæ, ut lictē recedatur à Matri-
monio conditionato, quam à sponsalibus.

Uru sit de hoc excessu, ad veritatem Con-
clusi sufficit, quod absolue illud Matrimo-
nium sit illicitem, estō etiam non fore va-
lidum; quia saltem per illud revocatur prior
consensus, ad quem tamen altera pars per
contractum onerosum jam acquisiverat jus.
Unde cogendus talis foret ad renovationem

X x x pri-

65.
Probatur se-
cundum Ma-
tri. esse illici-
tem; si com-
trahatur se-
ne justa
causa.

An requira-
tur major
causæ, quam
ui recedatur
a sponsalib-
us.

67.
Per secun-
dum Matr.
revocatur
prior con-
sensus.

530 prioris consensus (sicut debet quis cogi ad implendam promissionem, quam præstitit in sponsalibus) casu quo succedat conditio, apposita in illo contractu; nam absque novo consensu, ut dictum est præcedentis Conclusus non potest perfici Matrimonium, ad quod tamen se obligavit sub conditione, quæ, ut supponitur, jam impleta est.

68. Alioquin si non adimplatur pro eo tempore, quo deberet, utpote si quis dixerat: *Contrabo tecum, si per totum hodiernum diem pater consentiat*, & pater nolit toto eo die conferire; jam lapso die, remanet eo ipso nullus & irritus ille contractus. Intellige, si dies illa constituta fuerit ad terminandam obligationem, juxta dicta Sect. 2. Conclus. 2.

Pater manifestè; quia Matrimonium sumit valorum ex consensu contrahentium; sed in tali casu contrahentes non consenserunt, nisi præcisè sub tali conditione, ut supponimus; ergo eâ sublata idem est, ac si nullatenus consenserint: ergo non concurrente illâ conditione, verè non contrahunt Matrimonium, seu perficiunt conjugalem contractum; sed ad verè contrahendum opus erit alio novo consensu, independenter ab illa conditione.

69. Itaque certum est, non licere, invià parte, nisi adiutoria justa causa, aliud Matrimonium contrahere, pendente conditione, aut etiam nudè priorem consensem revocare. Dubius autem Aliquis apparuit, spectata solâ ratione, valor secundi Matrimonii. Sic enim interrogar De Scildere in sua Synopsi de Sacram. §. 110. Sed quid, si quis post Matrimonium conditionate initum, adquaque utrumque acceptatum, pendente conditione consensem revocet, vel alteram ducat absolute? Et responderet: Auctoritas communis primum invalidum, & secundum, licet illicitum, validum ceterum. Hæret hic Abbas Panormitanus ad cap. *Super eo*, de Condit. appos. non capiens, ex quo capite contractus conditionatus potius, quam alii, per retractationem unius partis validè revocetur: quod etiam non intelligentes Theologi plures, contractum illum Matrimonii conditionatum dicunt non esse, nisi sponsalitium.

Sed cum abique fundamento speciali id afferatur, sequendo rationem, videtur Matrimonium primum, licet retractatum, perfici nihilominus, conditione impletâ, adquaque secundum fuisse invalidum. Et quidni, cum in votis & ceteris contractibus ita fieri Omnes admittant? Invalidè enim hæc revocantur ante conditionem impletam, cùque impletâ, etiam in invito perficiuntur: præferrunt etiam contractus conditionatus prior, posteriori absoluto; nam juxta leg. *Potior, 11. ff.* Qui potiores in pignore; qui sub conditione hypothecam acceperit, si po-

stea impleatur conditio, præferrut posteri, cui pendente conditione absolute data.

Ratio à priori est: quod, cum pro prefereatur contractum Matrimonii invocabatur sibi invicem se obligare homines possent, possint id etiam, si voluerint, pro futura impleatur.

Neque obstat; quod contractus complicitis dicatur traditione perfici: in aliis enim dominii translativa, et sola conditionis significatio, & acceptatio: & qui simularet, ex nullo capite ostenditur, quod non quæ traditio prior, posteriori preferatur, quām consensus.

Neque rursus refert; quod ex illico contractu ante conditionem impletam, non dū Matrimonium formaliter conficitur: nam sufficit inde exsurgere Matrimonium in radice, in quantum dataset, acceptatus ex se irrevocabiliter conficitur conditione impletâ purificatur: non sic consensit, quām vis liber sit à Matrimonio præstanti, non ramen à bussone, pro præstanti impedit traditionem alteri faciendam: sicut jus bussone, a quo relicta, & post jo. annos nepoti obventur, impeditque, ne pro præstanti valide invenientur, succedat, idque ob radicem ipsius scilicet voluntatem testatoris proposita.

Hucusque præfatus Auctor, præcipuam difficultatem, que alet contra præcedentem Conclusum nobiscum docerit, defumpta est. contractus conditionatus, non dū Matrimonium abolutum, quo sponsalia; ex quo infra scripti, Matrimonium conditionatum, non dū sponsalia, & idem omnino non est novum consensem impletum. Hæc, inquam, difficultas penitus erit, si vera est doctrina De Scildere.

Si autem à me queritur, ut an Respondeo cinius: fallam eis, quod possumus communis DD. tam Jurisperitorum quam Theologorum sententie ab aliis fundamento, ut jamjam ostendo. Num illud foret? Non aliud planè, quam utrilibus ita fieri, Omnes admittant?

Sed, pace vestra, non Omnes admittant ita fieri in quibuscumque votis, quam in Professione religiosa, de qua ita dominicus tom. 3. de Relig. l. 6. c. 12. n. 11. Ceterum est, si consensus fuerit revocatus, impletam conditionem, non faciet effugere impletum conditionem, ut Professio validè quia dissensus subiectus, illius valorem impedit, ut supra dixi, et quæ in familiis communis sententia in cap. *Super eo*, de Con-

B
Sacra
P
P

68.
Quid se
conditio non
impletatur
tempore de-
terminator

An secun-
dum Matr.
sit validum.
Negat De
scildere,

appos. Hæc ille. Itaque Professio religiosa quod hoc punctum assimilatur Matrimonio juxta Suarium.

Quanrum ad vota simplicia aliosque contractus, ut emptionis & similes, qui solo consensu perficiuntur, fateor, Omnes admittunt in iis ita fieri, id est, validos esse & obligare impletam conditionem, tametsi altera pars sum revocasset. Sed cur hoc?

Respondent Aliqui; in aliis contractibus jus supplere consensum actualiem, qui tunc deficit, secus in Matrimonio; non quia Sacramentum est, sed propter naturam & excellentiam talis contractus, in quo Respublica non potest supplere consensum contrahentium. Ita videtur docere Victoria in Refut. de Matr. in 2. punctione, 1. part. quem sequitur Sanchez dicta disputatione 8. numero 8.

Hæc tamen doctrina (inquit Lugo de Penit. disp. 13. n. 123.) difficillima semper visa mihi est; neque enim unquam inventi-
mos, humanum jus quad hoc specialiter de-
rogasse juri naturali, aut voluisse supplere
consensum in aliis contractibus; sed potius si validi sunt, valent utique ex natura sua;
quod aperte constat in voti, sub conditione
de futuro emissio. Si quis enim volet catti-
tatem sub conditione, *Si Petrus salvus redeat,*
redeunte Petro, reus erit voti, quantumcumque
consensum retractaverit ante impletam
conditionem. Nec ullus cogitavit, valorem
illius voti provenire ex dispositione juris
Canonici, supplete consensum; sed Omnes
fatentur, id provenire ex natura ipsius voti
conditionalis, cuius obligatio, conditione
posita, transit in absolutam. Ergo idem di-
cendum est de aliis contractibus humanis;
nam quad hoc eadem est ratio de illis ac de
voto, nec minor consensus requiritur ad va-
lorem voti, quam ad valorem aliorum con-
tractuum. Hæc ille.

Et prosequitur dicens: Unde impugnatur facile doctrina, quam ibi supponit Victoria, scilicet quod in contractu conditionali detur solum promissio quedam contrahendi posita, posita conditione; quia tota illa forma contrahendi est potius promissiva, quam effectiva contractus absoluti, vel translativa domini. Hoc, inquam, impugnatur ex illo exemplo voti conditionalis: nam si votum castitatis conditionale, esset solum quasi promissio quedam vovendi absolute, posita conditione, sequeretur, quod si aliquis revocaret hanc voluntatem ante adventum conditionis, vel eâ posita nollet se obligare, peccaret quidem contra priorem promissionem, non tamen peccaret contra votum castitatis, si tunc haberet copulam illicitam, etiam post conditionem impletam, quia revera nondum

fecit votum castitatis, sed promisit illud facere: quare haberet le, sicut qui volet ingredi Religionem, & profiteri in illa; nam licet peccet contra hoc votum, non ingrediendo Religionem, ejus tamen peccata contra castitatem, non habent specialem malitiam contra votum castitatis, interim dum non facit Professionem. Hoc autem dici non potest in casu positio de voto conditionali castitatis: Omnes enim, supponunt, impletâ conditione, peccata contra castitatem habere specialem malitiam contra votum, licet prius revocaverit consensum; ergo votum illud non fuit solum promissio vovendi, sed verum votum castitatis ipsius, quod positâ conditione transfit in absolutum. Hæc tamen Eminent.

A quo si queras, quae ergo differentia inter Matrimonium & alios contractus? Respondet continuo ex Suario supra n. 18. & seqq. Contractus non omnes habent eandem naturam. Alii enim sunt, qui solum ponunt de presenti, quando sunt, obligationem, non autem traditionem aut executionem obligacionis; & in his potest ponni obligatio praesens, respiciendo tempus futurum, aut executionem ponendam post adventum alius conditionis, & ejusmodi contractus, facti sub conditione, validi sunt, licet ante adventum conditionis revocetur consensus; manet enim obligatio semeius contracta ad faciendum aliquid, quando ponetur talis conditio: sicut, si ego hodie promittam tibi dare eas librum, obligatio est jam praesens hodie ad actionemcrastinam, atque adeo non possum hodie revocare meam promissionem, nec ea revocatio reddit invalidum contractum, & quidem in hoc genere sunt vota conditionalia, & alii contractus regulariter loquendo.

Alii autem sunt, qui, dum sunt, non solum ponunt obligationem ad aliquid futurum; sed afferunt secum essentialiter ejus executionem, & traditionem rei; quare non possunt fieri in solum tempus futurum, aut sub conditione futura. Talis videtur esse traditio possessionis, quæ, cum sit essentialiter praesens, non potest nunc dari pro tempore solum futuro, aut sub conditione futura; quia est praesens executio, & non est praesens. Tale autem videtur esse Matrimonium, quod non est promissio utcumque in futurum (ut sic enim essent sponsalia) sed est contractus essentialiter afferens ex se executionem presentem, & traditionem actuali-
tatem viri usque conjugis; quæ omnia, si actualiter non afferat, non erit contractus Matrimonii, sed alius diversus, quem homines non intelligunt nomine Matrimonii, & qui non habet eosdem effectus; neque enim conjugit inseparabiliter, cum adhuc non sint conjuges, & per consequens nec conjun-

Disput. II. De Contratu & Sacramento Matrimonii.

532. *Et actualiter ante adventum conditionis;*
talis est etiam in sententia Suarri Professio religiosa, quæ est quasi quoddam Matrimonium spirituale, conjungens actualiter profillum cum Religione conjunctione praesenti, atque ad eò si fieret sub conditione de futuro, non esset valida, si ante adventum conditionis revocaretur consensus. Usque adhuc Lugo sup. n. 125.

78.
*Docet Lugo
Matr. condic-
tione per-
fici sine novo
consensu.*

*Qui tamen nobiscum docet, contra Sua-
rium suprà, positâ conditione non esse ne-
cessarium novum consensum, ut perficiatur
Matrimonium; sed sufficere consensum praeteritum, moraliter seu virtualiter in sua con-
ditione perseverantem, quamdiu non revo-
catur; quia (inquit n. 128.) licet ante non
fuerit Matrimonium, & licet ad essentiam Matrimonii requiratur consensus in conjunc-
tionem praesentem; positâ tamen conditione,
incipit esse talis consensus in conjunc-
tionem praesentem, non quidem physicè, sed
moraliter & virtualiter; nam consensus praes-
teritus, sub conditione praestitus, & verba,
quibus expressus fuit, postea dum non revo-
cantur, censemtur moraliter & virtualiter permanere, & transire in consensum, & in
verba absoluta, ex vi quorum, ut nunc exi-
stentium & praesentium, si nunc contractus Matrimonii, ad cuius essentiam diximus suprà sufficere verba virtualia seu æquivalen-
tia, qualia dantur in hoc casu impletâ conditione; quia ex non revocatis verbis prioribus, conlurgunt moraliter verba similia, de
praesenti absolute prolatæ, quibus nunc fit illud Matrimonium.*

79.
*In quo diffe-
rat ab aliis
contracti-
bus, ex cod.*

*Et in hoc differt ab aliis contractibus, quod alii communiter obligant, etiam revoca-
to consensu ante positam conditionem;
quia scilicet non obligant ex vi voluntatis praesentis, moraliter permanentis (hæc enim
moralis permanentia tollitur per revocationem) sed ex vi prioris voluntatis, que jam
tunc obligabat ab initio in ordine ad tempus futurum: at vero in Matrimonio, de cuius
ratione est, obligare in ordine ad tempus praesens, quo fit, non potuit talis obligatio oriri ex solis verbis præteritis; illa enim ut
præterita non possunt facere Matrimonium; sed debet oriri ex iisdem, ut nunc sunt praesenta
moraliter per negationem revocationis, quatenus qui manifestavit suum
consensum ad diem crastinum, & postea non revo-
cat, censemtur cras perseverare in eadem
manifestatione & consensu, & tunc perficere
Matrimonium per illum consensum,
& per illa verba, ut tunc moraliter perseve-
rant. Ita discurrat Lugo de hac controversia.*

80.
*Ex quo ori-
tur solibili-
tates Matr.
conditionalis.*

*Itaque solubilitas Matrimonii condi-
tionalis, præ alias contractibus, & votis, oritur
ex speciali ejus natura; ut etiam ex eadem
natura oritur, quod Matrimonium requirat*

majorem libertatem, utpote contratu
dissolubilis & maximè onerosus, degredi-
bi egimus. Et ecce everum habet for-
mentum de Scildere, solutum, inquit, pa-
gumentum, desumptum ex voto, &c
contractibus.

Quàmvis ergo aliquis contractus con-
ditionatus prior, v. g. hypothecæ condi-
tionalis, præferatur contractui posteriori abso-
luto, v. g. hypothecæ absolute, non potest
ētè inferiur: ergo eriam Matrimonium condi-
tionale prius, debet præferri Matrimonium
posteriori absoluto. Ratio dispartitio-
nem 83.
*Matrimoniū
conditionale
posteriori
absoluto.*
hypotheca non est contractus, qui per
traditione, veluti est Matrimonium, sequenter hypotheca conditionalis, de
senti solum ponit obligationem, quae
potest tollere hypotheca absolute, pos-
sicut emptio posterior absolute, non
præjudicare empioni priori conditione
eò quod primus emperor ius habeat res
tum ad rem, conditionate tibi vestimenta
iam pro nunc, antequam confundisti
sit; sic tamen ut si res secunda capi-
data fuerit, maneat ipsius, non potest
conditio adimplatur.

Quid miramur? Quippe easi-
venditio suisset à principio abso-
luta, secundus emperor dominum excep-
tum dominum non acquirere per
emptionem; sed ita, si tradidisset
juxta l. 20. Cod. de Pactis, *Trans-
usucaptionibus dominia rerum, non
transferuntur.* Nec ergo miramur
habet Conclus. & communis sententia
secundum Matrimonium finali-
num autem invalidum; neque
Matrimonium conditionale, non
conditionem, non fuit facta in
ris; secùs per secundum Matrimoniū
solutum.

Enimvero traditio hic dominum excep-
va, non est cuiuslibet consensus legiti-
& acceptatio, ut videatur. Desolitum
supponere; sed solius absoluti contractus
unique significatio non habetur, am-
tam conditionem, ut pater, quia am-
tam conditionem non est absolute
sus, & ideò in prætentu calu non per-
petrat traditio posterior priori, quia nega-
rem consensum fusse traditionem, per-
fertur traditio consensi conditionis
in simili allegato præferit traditio
dite, nudo consensi seu pacto vestitio.

Et veluti, qui rem tuam vendit, non
test per solum consensum suum facere, non
valeat traditio, polta faciendo deci-
emotori; ita quoque contrahens Matrimoniū
conditionalum, per solum illum con-
sensum non potest facere, quia valeret Mat-
rimonium secundum absolute contractum.

R
Sacra
P

Unde corrut ratio à priori de Scildere supra: negamus quippe, quòd sicuti pro praesenti, per contractum Matrimonii irrevocabilem, sibi invicem se obligare homines possunt; ita etiam, si voluerint, possint se irrevocabiliter obligare pro futuro, sive per sponsalia, sive per consensum de praesenti conditionatum. Id ergo probandum refat prafato Auctori, & cùm non proberet, non appetet ejus sententia vera, sed meritò falsa reputatur.

83. Multum ergo refert, quòd ex illo contractu conditionato, ante conditionem impletam, nondum Matrimonium formaliter completum sit; quia sine tali complemento non est simpliciter Matrimonium, sed solum cum illo addito: *Conditionatum*, particulè utique alienante à vera ratione Matrimonii, quæ importat traditionem corporis irrevocabilem, sive consensum datum & acceptatum ex se irrevocabiliter.

Itaque consensus ille conditionatus dicitur Matrimonialis, non quia de facto traditio irrevocabilis per eum facta est, sed quia per eum, impleta conditione, nata est fieri talis traditio, supposito scilicet, quòd maneat. Non manet autem, quando vel revocatur expressè vel implicitè per contractum absolutum cum alia; quia duo consensus absoluti simul stare non possunt; & prior consensus absolutus, necessariò præfertur posteriori, sive destruit posteriorem; quia reddit objectum ejus impossibile, quoniam impossibilis est traditio corporis, quod amplius non est ipius, sed conjugis. Jam autem in causa supponitur, quòd secundum Matrimonium absolutè fuerit contractum ante impletionem conditionis; adeoque consensus, qui purificatur per impletionem conditionis, posterior est, inquantum purificatus, & ideo necessariò corrut.

Dices: sufficit, quòd fuerit prior, inquantum non purificatus; sic enim constituit Matrimonium in radice, ut loquitor de Scildere supra, inquantum datus est & acceptatus ex se irrevocabiliter consensus, qui conditione impletarè purificabitur.

Respondeo: probatum oportuit, non suppositum, quòd dari possit & acceptari iste consensus ex se irrevocabiliter. Ego autem probo oppositum à simili; in aliis contractibus; quippe omnes admirtere debent, sicut de voluntate utriusque partis eos posse revocari; cur ergo similiter non poterit revocari tale Matrimonium? An quia consensus Matrimonialis est irrevocabilis? Constat sanè cum revocari posse, quando contrahitur per Procuratorem, ut constat ex Sect. 6. Conclus. 2. ita ut posità revocatione consensus, antequam Procurator contrahat, etiam mērē internā, Matrimonium per Pro-

curatorem contractum omnino invalidum sit, estò alii contractus forent validi. Ergo confimiliter potero dicere, Matrimonium conditionatum esse revocabile, tametsi alii contractus non forent revocabiles.

Ex quo patet responsio ad simile, quod pro sua sententia afferit de Scildere dicens: *Sicut ius hereditatis, ab avo relictum &c.*

Repb. ad simile Scildere.

Estò enim illud jus foret irrevocabile, non tamen idè Matrimonium conditionatum, propter specialem naturam Matrimonii, multum diversa à natura testamenti, sive ab illo jure hereditatis. Siquidem donationes ultimæ voluntatis revocabiles sunt ante mortem testatoris, secluso juramento; mortuo autem testatore irrevocabiles sunt, quia non est qui possit revocare, sive quia amplius non existit ille, qui testatus fuit, qui ante mortem poterat revocare non solum validè, sed etiam licet; ipse, inquam, qui testatus fuit, & non alius, vel saltet validè; at verò Matrimonium absolutum, ex se indissolubile est, etiam per consensum utriusque partis, & quandiu solum est conditionatum, certum est, quòd possit dissolvi, & de facto dissolvatur, si conditio tempore præfixo non adimpleatur; quidni ergo etiam possit dissolvi per voluntatem unius, aut certè utriusque partis, adhuc potentis priorem suam voluntatem revocare?

Porrò in simili posito supponitur, aut saltem debet supponi, avus, qui reliquit jus hereditatis, nepoti obventurum post 50. annos, mortuus. Quid ergo mirum, si illud jus impedit alium quemvis, ne pro praesenti validè in hereditatem succedat, idque ob radicem juris futuri, scilicet voluntatem testatoris, pro praesenti positam, & irrevocabilem propter mortem testatoris, qui filius poterat eam revocare?

Hinc simile illud retorqueri posset in suum Auctorem hoc modo: Testator potest revocare consensum suum, quandiu vivit, Retorqueretur in suum Auctorem.

& alteri relinquere hereditatem, quia testamentum solum confirmatur seu completerur per mortem testatoris; ergo similiter, quia Matrimonium conditionale non completerur formaliter, nisi per positionem conditionis, ante ejus eventum potest utraq[ue] pars seipsam validè alteri tradere per consensum absolutum.

Disparitas tamen aliqua est; quòd testator potest etiam licet voluntatem suam inter testamento & conditionem, sive absolutam, sive conditionem, revocare; non sic autem, ut supra dictum est, qui contraxit Matrimonium sub conditione, nisi existente justa causâ, quia quāvis compars non habuerit absolutum jus; habuit tamen jus inchoatum magis, quam per sponsalia, aut certè æquale;

sicut ergo illicite privatur jure, quod haberet

534 ex sponsalibus, per subsequens Matrimonium cum alia; pari ratione etiam illicitè privatur jure, quod habet ex Matrimonio conditionato. Et ratio disparitatis inter testamentum & hunc contractum est, quod testamentum sit donatio omnino libera; hic autem contractus sit onerosus, scilicet, do ut des.

87.
Testamen-
tum licet
potest revo-
cari.

Quare illud jus hereditatis, liberè reli-
ctum ab avo nepoti, ut suppono, semper va-
lidè & licetè poterat revocari ab illo, qui re-
liquebat, id est, ab avo, quamdiu per mor-
tem avi testamentum, non erat confirmatum;
interim revocatione non subsequutâ ante mortem, post mortem impedit alium
quemvis, ne pro præsenti validè in heredi-
tatem succedat; quia contra voluntatem
testatoris nemo potest succedere in heredi-
tatem.

Atque simili modo in casu proposito non
potest quis accipere jus in corpus alterius,
mihi sub conditione traditum, ut sic loquar,
fine revocatione vel consensu ejus, qui sub
conditione tradidit, secùs si ipse consentiat;
quia illa traditio non fuit formaliter com-
pleta; sed tantum inchoata, complenda per
eventum conditionis.

88.
In quo con-
veniat Ma-
trim. condi-
tionalis cum
sponsalibus,
& in quo
differat.

Igitur in eo convenit hic contractus con-
ditionatus cum sponsalibus, quod sit disso-
lubilis ante eventum conditionis, non solum
validè, sed etiam licetè justa ex causa; in hoc
autem differat, quod sit inchoata traditio,
perficienda per eventum conditionis, abs-
que novo consensu contrahentium, nisi
prior consensus fuerit revocatus, ut dictum
est Conclus. præced. quod non competit
sponsalibus propriè seu strictè dictis, quæ
ulterius requirunt novum consensum de
præsenti, ut fiat Matrimonium.

Simili modo, quo simplex votum ingre-
diendi & profundi aliquam Religionem, ulterius requirit novum consensum de præ-
senti, ut fiat Professio religiosa; at verò Pro-
fessio conditionalis, absque novo consensu per-
ficitur, ut supra diximus, per eventum
conditionis; in quo proinde differat hæc
Professio à voto simplici; convenit autem in
eo, quod sicut votum simplex non irritat
Matrimonium subsequens, ita nec Professio
illa conditionalis; quamvis alioquin, secun-
dum Multos, absoluta Professio jure naturæ
illud irriteret.

Ergo consimiliter, quamvis Matrimoni-
um formaliter completum, jure naturæ
irritet Matrimonium subsequens, secùs tam
men Matrimonium conditionatum; sed potius
Matrimonium absolutum subsequens,
dissolvit prius Matrimonium conditiona-
tum, & ipsum firmum & irrevocabile per-
manet. Contrarium dicendum in sententia
de Scildere, ut supra vidimus, scilicet, se-
pleri potest. Hæc ille.

cundum Matrimonium esse nullum & in-
validum; primum autem perfici, etiam in in-
vito, adveniente condicione.

Et si quereras ab ipso; an perficiatur in in-
vito tam in ratione Sacramenti, quam con-
tractus. Respondebit supra: Contractus in
conditionatus impletâ condicione perfici-
rationem Sacramenti fortior: sed non
invito, eò quod intentio Sacramenti valde
revocata sit, utpote quā talis, ab altero non
acceptata. Hæc ille.

Sed unde id constat? Sane alter certe
velle contrahere, & voluisse contrahere,
cuti debebat velle, putâ conscientiâ seu
acceptando tam intentionem Sacramenti,
quam contractus; de facto quippe interde-
les nequit separari contractus à Sacra-
mento Matrimonii, falem licet, forte
validè, de quo alibi disputavimus. Igitur
ter, quando conditionatè contractetur, con-
tetur acceptasse tam intentionem Sacra-
menti, quam contractus; cum nulla sit res
quæ potius unam, quam alteram accep-
tascat.

Dices: intentio Sacramenti validè non
revocata. Sed contrà: unde confitit validè
posse revocari intentionem Sacramenti po-
tius, quam contractus? Nonne tam es-
sentialiter requiritur ad valorem contractus
intentio contrahendi, quam ad valorem
Sacramenti intentio Sacramenti? Sic ergo
matrimonium conditionalis perficitur in
in ratione contractus, cur non etiam
in ratione Sacramenti? Ex quo probatur
licet revocetur intentio Sacramenti, de-
probatur quod validè revocari intentio
Sacramenti potius, quam intentionem
contractus, præsertim si ratio contractus
deles non possit validè separari à ratio
Sacramenti? Expectabam responsum à do-
ctoribus. Dico ego, salvo meliori respon-
sum, quam perfici Matrimonium conditiona-
tum in ratione Sacramenti sine novo con-
sentienti, vel perfciri sine novo consensu in ratio
Sacramenti, etiam in hoc casu.

Porrò quod nunquam perficiatur in
ratione Sacramenti, quamvis bene in ratio
contractus, docet Hippocrates in suo Com-
ment. 4. dist. 30. q. 1. n. 38. Ex predicto
quia ex regula generali de Sacramentis
requiritur, ut materia & forma sint in aliis
non in habitu ad causandum effectum. Si
Sacramentale, & per ministros applicantur.
Ministri autem Sacramenti Matrimonii
sunt ipsi contrahentes, & per consensum
conditionalium non ponitur materia & ma-
teria Sacramenti in effectu; quia requirent
consensus absolutus de praesenti, verò si
presul, ut fiat Sacramentum, cuius effectus
neque per arbitrium ministri, neque alio-
rius, cuius est conditionem adimplere, sup-
pleri potest. Hæc ille.

Et continuò sibi objicit: Dices; materiam & formam Sacramenti consistere in consensu seu contractu, nihil immutato; sed hic contractus est legitimus & inducit vinculum indissolubile; ergo & Sacramentum.

Contrà (inquit ille) ex Florent. requiruntur res & verba, vel his æquivalentia; requiriuntur ergo haec, ut actu applicentur, & sint ad effectum Sacramenti: sed consensus conditionatus non est compleatus, & inducens vinculum consummatum Matrimonii quando est; quando vero impletur conditio, que etiam dormientibus contrahentibus impleri potest, tunc non est; ergo nequit esse materia Sacramenti aut forma, aut tunc applicari per intentionem ministri: ergo neque esse Sacramentum, quod requirit contractum compleatum & consummatum, ut inducat vinculum, cuius intuitu datur gratia. Poteat ergo vinculum Matrimonii induci, absque eo quod Sacramentum, quod concomitant se habet, conferatur; quia præratione legitimam contractus, requiritur, ut sit compleatus & absolutus de præfenti, ex vi consensu, verbis expressi, ut sit Sacramentum. Hæc ille.

Quod si replices; inde sequeretur, etiam Matrimonium, factum per Procuratores aut literas, non esse Sacramentum; quia consensus præteritus absentis tunc non est.

Respondebat præfatus Auctor n. 60. plures id admittere: sed negatur, inquit, Consequentia, & paritas; quia non est præteritus, qui virtute manet in loco effectu; maner autem consensus domini expressus in mandato, & in literis, que equivalent verbis de præfenti, non ita consensus conditionatus, qui neque compleatus est, sicut prior, neque manet in illo suo effectu sensibili, qui ei æquivaleat, quando conditio purificatur; ergo magna est disparitas. Hæc ille.

Urget: Consensus conditionatus alligatur conditioni, & tunc est, quando conditio impletur; sicut voluntas domini sic alligatur mandato, ut fiat Sacramentum virtute eius. Constituant enim contrahentes consensum suum in arbitrio parentum v.g. quando contrahant cum ea conditione, Si parentibus non displiceat, aut placeat.

Contrà, inquit Hiquæus: in ejus virtute perficitur Sacramentum, in cuius virtute perficitur contractus; sed contractus perficitur ex vi consensu conditionatus præfentis, per contrahentes habiti, qui licet pendeat à conditione, tamen conditio ipsa, tantum est conditio, & non causa contractus, aut inducens obligationem & vinculum, licet consensus conditionatus non inducat vinculum compleatum, donec ponatur conditio. Item; ipsa contrahentes ministri sunt Sacramenti, non vero cœla, quæ ponit conditionem: non

ita est alligatus consensus domini mandato & consensu præfenti Procuratori, qui nomine illius exhibetur; sed alligatur tanquam causa suo effectui, & signo sensibili, per quod exprimitur: quævis ergo conditio sit in arbitrio alterius; non tamen consensus de præsenti conditionatus est in arbitrio ejus; sed tanquam est in potestate ejus impediens, subtrahens conditione, ne ille consensus transeat in absolutum, neque induit personam contrahentis, sicut Procurator personam mandantis: unde potest quis vel per se, vel per alium suo nomine contrahere vinculum & ministrare Sacramentum. Hucusque ille Auctor pro sua sententia.

Sed quia nos opositam docuimus Conclus. 2. scilicet Matrimonium conditionatum per eventum conditionis perfici, tam in ratione contractus, quam Sacramenti, sine novo consensu; hinc Respondeo; quævis voluntas contrahentium conditionate, non sit causa, quare conditio ponatur, est tamen causa, quod illa conditio, dum ponitur, faciat transire consensum conditionatum in absolutum; & ita rectè dicitur, consensum illum moraliter & virtualiter consistere seu permanere in illa conditione, nisi prius fuerit revocatus.

Quando ergo conditio illa ponitur, jam tunc ponitur materia & forma Sacramenti Matrimonii, que sunt corpora contrahentium & eorum consensus absolutus de præfenti; qui consensus licet pro tunc physicè non existat, equidem moraliter & virtualiter, que existentia sicuti sufficit, ut ex tunc exurgat obligatio indissolubilis Matrimonii, que ante illud tempus nondum fuerat exortata; ita etiam sufficit, ut conferatur gratia Sacramentalis, ordinata à Deo ad supportanda onera illius gravissime obligationis.

Fatetur ergo (inquit Lugo de Just. disp. 22. n. 389.) Matrimonium Sacramentum tunc operari gratiam, quando est, si non adsit obex: dicimus tamen, in casu nostro nondum positum esse Sacramentum, donec ponatur conditio, sub qua consensus datus fuit: quia antea nec datur compleatus consensus ab solutorum, nec etiam verba requisita ad illum exprimenda: sed per adventum conditionis, consensus conditionatus, non revocatus, transit in solutorum, & verba priora, quibus expressus fuerat consensus sub conditione, cum revocata non sint, sunt virtualiter, posita conditione, verba præsentia ab soluta, quibus significatur consensus præsens ab solutorum, que verba virtualia complent formam hujus Sacramenti: quare ante positionem conditionis nondum intelligitur completa forma, nec etiam traditio; atque ideo nec datur Sacramentum ante adventum conditionis, sed posita conditione dantur verba

Ante adventum conditionis non est Sacramentum Mair. Lugo.

virtualia, datur consensus virtualis præsens & absolutus, datur traditio virtualis præsens & absoluta, quæ sufficiunt ad verum contractum humanum, & idem tunc incipit esse Sacramentum perfectum, & operatur suum effectum.

97. *Quod sufficit ad verum contractum etiam ad rationem sacramenti.* Quippe, ut non semel diximus, Christus elevando Matrimonium ad dignitatem Sacramenti, reliquit contractum, qualis antea erat; quod ergo sufficit ad verum contractum, etiam satis est ad veram rationem Sacramenti; si ergo per adventum conditionis, sine novo consensu, perficiatur Matrimonium conditionatum in ratione contractus, ita ut fiat absolutus contractus de præsenti, etiam consequenter perficietur in ratione Sacramenti. Non quod nequeat ratio contractus separari à ratione Sacramenti; oppositum enim apparet in infidelibus; sed quod vera ratio contractus sit sufficiens fundamentum seu subjectum significationis Sacramentalis; quæ proinde tempore ei connectitur, nisi aliquid aliud obster.

98. *Objecito.* Dices; obstat hic, quod nisi adsit nova expressio consensus, non appareat aliquid signum sensibile novum; nam signum sensibile præteritum, nempe verba priora, cum solùm essent conditionalia, non significarunt sensibiliter sufficienter consensum absolutum.

Respondeo; non minor sensibilitas requiritur ad rationem contractus humani, quam ad rationem Sacramenti; ergo si verba priora, posita conditione, significant sensibiliter sufficienter consensum absolutum, ad inducendam veram rationem contractus humani, etiam sufficienter sensibiliter significabunt eundem consensum absolutum, ad inducendam veram rationem Sacramenti. Nam sicuti Sacramentum definitur. Signum sensibile efficax gratia ex opere operato; ita etiam contractus definitur: signum exterrnum practicum ultrò citroque obligacionem, ex consensu contrahentium pariens. Igitur signum exterrnum seu sensibile, quod sufficit ad verum contractum, etiam satis erit ad verum Sacramentum.

99. *Quomodo verba conditionalia impleta conditione significent sensibiliter consensum absolutum.* Et quidem quando conditio, quæ postea impletur ipsa sensibilis est, satis appetet, quomodo per eam, re ipsa postea positam, compleantur sensibiliter verba conditionalia, antea prolata, ad significandum consensum absolutum, quem antea sensibiliter non significabant; si enim contrahens consensit, *Si navis cras veniret, eo ipso quod non revocet hunc consensum, & navis veniat, significatur sensibiliter consensus, virtualiter perseverans & absolutus, quem antea solùm significabant sub conditione verba prolata, per quam significationem sensibilem novam, completur Matrimonium de novo in ratione signi sensibilis & Sacramenti.*

Sed quid si conditio sit insensibilis? Respondeo: Lugo supra n. 390. Sacramentum quidem ita debere esse insensibile, id, quod est signum, sit sensibile, objectum autem signi non debet esse aliquid sensibile. Objectum autem est duplex; alterum enim est gratia Sacramentalis, quæ dignatur danda, & quæ certè non est sensibile, alterum est potest conditio, sub qua significatur effectus, quæ conditio non est insensibile signum, sed potius tenet se ex objecti Sacramenti; significatur enim effectus sub conditione, atque id est sensibilis conditio, sub qua conditione significatur.

Quod quidem in ipso etiam contractu manu animadvertis potest, neque enim manus requiritur ad contractum humanum sensibilitas, quam ad rationem Sacramenti contractus etiam humanus, in ipso quod humanus est, debet humano esse; per signa sensibilitas celebrari. Et rite promittas Petro de cœsi cras per hoc debeat, & cogite ac speculeretur obiectum Scholasticum; nemo dicit, si Petrus acceptavit, & conditionem imposuit, te non teneri ex promissione, licet conditio per se non fuerit sensibilis, sed mentalis. Sed quippe, promissionem suile sensibile exterrnum, per quam ostendit voluntatem obligandi te, posita tali conditione, posita conditione voluntas illatura absolutam.

Quod idem de contractu Matrimonii considerati in ratione contractus contractum præterita vel præsentis, videtur, quod licet fiat sub conditione, subdus erit subsistente conditione; ita si valesbit quidem Matrimonium sive traditio subsistit, quamvis insensibilis autem contractus validus est, validus erit Sacramentum, cum non possit formalizari dari contractus validus Matrimonium qui non fit simul Sacramentum, in uno, nec major sensibilitas requiriatur ad cramentum, quam ad contractum hu-

Hinc autem rursus fit, validum est, licet fiat sub conditione insensibilis, si conditio ponatur ante revocationem, non enim magis sensibilis conditio remittit præterita vel præsens, quam futura, quamvis insensibilitas in primo casu non obstat, neque obstat in secundo. Hac Eminent.

A quo, si petas, quid sensibile novum, veniat, posita conditione, per quod Sacramentum compleatur & perficiatur? Respondeo: citius; nihil formaliter sensibile ne-

venire, si conditio sensibilis non sit; sed poni consentium ab solutum, qui antea erat solùm conditionalis; quia ponitur conditio, sub qua consensus antea praestitus fuerat, & significatus sensibiliter pro tempore, quo poneretur talis conditio. Non ergo debeat antea Sacramentum, ex defectu signi sensibili; sed ex defectu consensu ab solutum, qui non minus essentialiter requiritur ad substantiam Sacramenti, quam significatio sensibilis; hic autem consensus adveniente conditione ponitur, & cum iam pro tali statu significatus esset sensibiliter per verba præterita, perficitur Sacramentum, ad quod sufficit signum sensibile, significans consensum pro tali statu, licet status ipse non sit sensibilis.

Dixi autem; *Nihil sensibile formaliter novum addi, adventente conditione internâ, advenit enim aliquid sensibile novum saltem virtuale; quia per negationem revocationis, & adventum conditions (etiam si hæc sit insensibilis) ponuntur virtualiter verba præterita ab soluti, & sine conditione experientia consentient pœsentem, quæ verba virtualiter nunc existentes conficiunt sufficienter contractum, & per consequens Sacramentum Matrimonii. Huc usque Lugo.*

Qui consequenter diceret cum Sanchez lib. 5. disp. 8. n. 5. non esse opus, ut contrahentes sciant conditionem jam exitisse, ut Matrimonium, impletâ conditione, purificetur; sed eo ipso quod conditio evenit, purum manere; sicut qui contrahit per Procuratorem, eo ipso, quod procurator consentit, firmum manet Matrimonium, quamvis contrahens id ignorat. Hanc inquam, tentantiam puto quod amplectetur Eminentissimus: nam si sufficiat impletio conditionis insensibilis, cur non eriam impletio conditionis sensibilis, contrahentibus ignora? Unde sic ait hic Author sup. n. 390. Non est necessarium ad valorem Sacramenti, quod conditio, sub qua sit, & eius veritas, sensibiliter percipiatur, que adeò si Matrimonium fieri potest sub conditione de futuro, eodem modo satendum erit, esse validum, licet conditio, quæ postea verè impletur, non sit sensibilis.

Sed hæc sententia (inquit Coninck hic disp. 29. n. 6.) mihi videtur difficultas. Nam, ut ostendi disp. 21. n. 22. & 26. & pulchre docet P. Sanchez lib. 1. disp. 18. n. 2. ad valorem tam sponsalium, quam Matrimonii, essentialiter requiruntur aliqua signa externa, per quæ contrahentes sibi mutuo præsentem consensum sive in Matrimonium, sive in sponsalia determinatè significant. Unde per signa, quæ, omnibus circumstantiis spectatis, parti æqualiter possunt significare dissensum ac consensum, vel tam consensum de futuro, quam de præterito, non potest contrahi Matrimonium, ut docet Sanchez

sup. n. 25. atqui qui dicit: *Contraho tecum, si pater tuus tale officium in aula obtinuit, si utrumque omnino ignoratum sit, an pater hoc obtinuerit, nec ne, non magis significat parti, se in eam consentire, quam dissentire; sed solùm sub disjunctione le consentire, si conditio sit posita, ac dissentire, si non sit posita. Unde rā pars, quam omnes alii præfentes, quamdiu veritas conditionis ignota est, ex illis verbis non magis colligunt eum consentire, quam dissentire; ergo hæc verba sunt tamdiu inefficacia, ad constitendum Matrimonium.*

Confirmatur 1. quia si quis ita contraheret: Ego te accipio, vel non accipio in uxorem;

Confirmatur 2. certum est nihil acturum: acqui

ta.

Secundū,

Confirmatur 2. quia alias, si quis contraheret his verbis: Accipio te in meam, si Deus jam videt fratrem tuum ante te sine habeat mori rūrum; sequeretur, potius veritate conditionis, Matrimonium statim fore ratum, si contrahentes id intenderent: atque ita, si alterutrum antequam veritatem cognosceret, cum alia contraheret, in vanâde hoc facturum, quæ videntur absurdâ. Quare credo verius esse, rales contractus non esse perfectos, antequam partibus constet veritas conditionis requiritur. Quia verba tunc primum habent vim, us de terminatè significandi ab solutum consen sum. Hæc ille.

Ad argumentum in oppositum suprà ex Sanchio: Respondeo, inquit, esse aliam rationem in contrahentibus per Procuratores. Nam hi ab solutè in Matrimonium contentiunt, idque exteriùs solutè ac determinatè sibi mutuo exprimunt. Et sicut ipsi per alios suum consensum exprimunt, ita per alios, mutuos consensus acceperant, quare etiam sufficit, ut per alios illam expreffionem intelligent. Secus est in nostro casu, quia sicut per se immediate contrahunt, ita debent sibi immediate mutuos consensus determinatè significare: quod non fit, antequam sciant conditionem esse impletam. Ita Coninck.

Nihilominus magis placet nobis sententia Sanchez & Aliorum, quos citat, & sequitur Averfa hic q. 5. sect. 1. §. *Faten va probatur dum tamen*, dicens, eam haberi ex jure generaliter loquendo de contractibus: decidiatur enim (inquit) statim valere contractus initos sub conditione de præsenzi, vel præterito, quando talis conditio reverâ adest, et iam nota non sit. Ita habetur in Inst. tit. de Verb. oblig. §. 7. *Conditiones que ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim informant obligationem, aut omnino non dif.*

538 Disput. II. De Contractu & Sacramento Matrimonii,
differunt: veluti: Si Titius Conful fuit, vel:
Si Maxius vivit, dare spondes? Nam si ea ita
non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se
habent, statim valet. Quae enim per rerum na-
turam sunt certa, non morantur obligationem,
licet apud nos incerta sint.

Et l. 37. de Idem statutum l. 37. ff. de Rebus creditis.
Rebus cred.

Cum ad praesens tempus conditio confertur, stip-
ulatio non suspenditur: et si conditio vera sit, stip-
ulatio tenet, quamvis tenere contrahentes condi-
tionem ignorentur. veluti: Si Rex Parthorum vi-
vit, centum milia dare spondes? Eadem sunt,
& cum in praeterita conditio confertur in qua
generali regula contractuum includitur et
iam contractus conjugalis; quia in hoc ea-
dem est ratio, & ubi jus non distinguit, nec
nos distinguere debemus.

108. Et quidem, si in aliquo casu debet valere
Consent. consensus, praestitus sub conditione, in hoc
tur. casu maximè debet. Nam alioqui, si tunc
nora sit conditio contrahentibus, revera con-
sensus in mente erit ab soluto, & solùm in
verbis apponetur conditio: utpote si con-
trahens dicat: Accipio te in meam, si pater tuus
vivat, & tunc videat illum praesentem & vi-
ventem: ergo non aliter potest intelligi con-
sensus vere conditionatus, nisi dum ignota
est veritas conditionis. Hæc ille.

109. Prorsus non potest intelligi: sed quid inde?
Resp. Co- Quippe non queritur hic, an possit intelligi
minck ad il- conditionatus, dum ignota est veritas condi-
la jura. tionis, neque hoc negat Coninck; sed utrum
ex conditionato possit fieri absolutus, prius
quam contrahentes noverint, conditionem
esse positam.

Et verò ad jura jam allegata, Respondit
Coninck sup. n. 7. illa non dicere, antequam
conditio sciatur posita, contractum esse omni-
nihil perfectum secundum se; hoc enim (in-
quir ille) ut ostendi, non est verum; sed eum
jam est perfectè posatum in causis; quia ex
causal jam posita sunt, ex quibus necessariò
sequatur. Unde etiam inter contrahentes
necessaria obligatio contracta est, cum nul-
lo modo possint consensum revocare. Secùs
est in Matrimonio, in quo ante condi-
tionem posita, ac cognitam, uterque validè
consensum revocat. Hæc ille.

110. Sed contra; hoc est quod queritur, an ante
Resp. Co- conditionem cognitam, uterque validè con-
minck ad il- sensum revocet, & nos contendimus, utrum-
la jura. que in invalidè revocare, dummodo ante revo-
cationem, à parte rei conditio fuerit posita.

Quod ulterius probat Averfa suprà, ex
natura ipsius conjugi: Quia, inquit, ad ejus
valorem sufficit ex hac parte verus & fir-
mus consensus, sive vera & firma intentio,
cum externa expressione: sed in tali casu
contrahens haber veram & firmam intentio-
nem contrahendi, ut supponimus, alligatam
tamen sub certa conditione, si adsit, & verè

intendit tunc contrahere; & hanc intentionem
exprimit: ergo stante tali conditione
verè tunc perficit contractum, quamvis
huc ignotum illi erit, num talis contractus
valeat, aut non valeat, donec veritatem condi-
tionis ediscat. Sed interim non ponit, ut
lidè illum consensum retractare, aut con-
sum rescidere, aut novum inire con-
sum. Idem etiam patet ex ratione sem-
per, quamvis qui intendit confidere quodcumque
aliud Sacramentum sub certa conditione
de presenti, vel praesertim, quamvis
notá, verè conficit Sacramentum, non
verificetur illa conditio: ergo idem prae-
dictum in hoc Matrimonio Sacramenta la-
tus Autor.

Et per hæc (prosequitur) latius, si in
damnum partis oppositus, quod subven-
cedit, quando conditio illa extenuatur
primitur, & solùm in mente compre-
hens determinat exprimit suam inten-
tionem, sub illa tamen conditione. Etiam si
habet indifferenter ad conditionem, sed
sum; sed determinat consensum, si illa
conditio differtur. si non ad conditionem
determinat, percipit auctor. Sed idem
qui diceret: Vel te accipio ipso, neutrā partem determinat
ret: & in omni re longè aliud posse
positionis disjunctivæ, argue conditio
ille autem, qui diceret: Accipio
prævidit fratrem tibi præmoritur,
ponam conditionem de praesentia
ti quoad divinam præsidentiam, conditio
habet tam intrinsecum, nē cum eventu futuro, &
ab humano commercio, ut Matrimoniū
sub illa initum, non aliter, non
quād dependenter ab ipso eventu.
Hæc tamen, Averfa pro sua & nostra
opinione, An efficaciter, & per omnium besti-
mentum, reliquo iudicio Lectio.

Possit aliquis dicere, ego ferme, de
monium sub illa conditione: si don-
vidit &c. valere, ante eventum mortis
revera prævidit mortem eventum, &
obstet particularis intentio contrahendi
id est, nisi ipsi contrahentes volunt
pendere suum consensum, ad eventum
tis, alioquin ipsa verba per le calami-
tionem non significant; quia tamen un-
eventum mortis, nisi per speciales indica-
tionem, non potest confare de illa
entia Dei, & per consequens, tale Moni-
num coram hominibus prorsus efficiens
hinc dici possit, taliter contrahens, non
suspendere suum consensum ad eventum
mortis.

Interim seclusa illa intentione, talib[us]
matrimonium statim videtur esse validum.

posito quod Deus illam mortem præviderit. Sicuti statim valet Baptismus sub simili conditione collatus, v.g. *Baptizo te, si es prædestinatus &c. vel, Si Deus sciat te hoc anno victum.* Et idem est de Absolutione Sacramentali sub hac conditione: *Si Deus sciat quod eras refutus.* Ergo idem videtur dicendum de Matrimonio.

Respondet Conineck sup. negando Consequentiam: quia, inquit, ut quis validè absolvatur (& baptizer) fôli Deo debet determinare significare suam intentionem, quod in eo causa sufficiens sit. Sic ille.

Replicat alter: etiam in Matrimonio coniuges sibi mutuo fatis determinate significant suam intentionem, non solum, quando apponitur conditio de præsenti aut præterito, sed etiam pari ratione, quando apponitur conditio de futuro, ut patet ex jam dictis.

Neque tale Matrimonium omnino erit inutilis, cum enim coram Deo re ipsâ sit validum, si conditio subficit, & per consequentem verum Sacramentum, causabit in subiecto ritè disposito gratiam sanctificantem ex opero operato; licet semper dubium & inutile maneat apud homines: prout in simili dixit Jure-consultus in leg. *Duo sunt Titii, ff. de Telfam tutela,* quando datus est Titius tutor, & non potest taceri, uter ex duobus Titii datus sit, actum quidem validum fuisse, sed inutili menon quia deficit jus, sed probatio juris. Quod etiam observavit Gloss. in Leg. *Si quis Jerum, 8. §. Si in duos, ff. de Legatis,* 2. ille ergo, de quo loquebatur testator, vere erat tutor, licet id scribi vel probari non posset.

Similiter ergo, conditione illâ positâ, Matrimonium reverâ validum erit; sed inutile ad actum conjugalem, & similes effectus, propter impossibilitatem sciendi conditionem. Quare sicuti collato Baptismo sub hac conditione: *Si fideras in paria, Baptismus apud homines maneret dubius, & idem, sub conditione saltem rependens effecta Matrimonio contracto sub simili conditione futura, Matrimonii valor maneret dubius;* & ita consilendum esset, ut absoluit contraherent, nisi forte ita vellent manere ligati, & inhabiles ad aliud Matrimonium contrahendum, propter dubium de valore prioris Matrimonii.

Itaque, ut ad alias difficultates progrediamur, persito in Conclusione principali, & iterum dico: si pendente conditione, five sensibili, five insensibili, alia absolutè ducatur, primum Matrimonium est invalidum, & si postea conditio impletatur, secundum autem validum; non solum propter communem DD. auctoritatem, sed etiam sequendo rationem, quidquid De Scildere in contrarium suprà doceat, cuius rationi, ut puto, satisficiamus. Porro ex hac veritate sequitur aliud collarium, quod sic sonat:

CONCLUSIO IV.

Si quis contrahat conditionate cum duabus simul, valet illud Matrimonium, cujus conditio primo impletur: quod si conditio simul ponantur, neutrum erit validum.

Prima pars hujus Conclusi manifeste infertur ex veritate præcedentis Conclusionis; siquidem illud Matrimonium, cujus conditio primo impletur, jam sic est, ac si absolute & purè fuisse initum; jam autem ut habet præcedens Conclusi secundum Matrimonium purè & absolutè initum valet, non obstante priori Matrimonio conditionato.

Atque hæc est communis sententia eorum, qui nobiscum sentiunt, Matrimonium conditionatum non tantum habere vim sponsalium, sed obligare in ratione Matrimonii, quamvis imperfecti, & adhuc pendentis ab eventu conditionis, & revocationis unius aut utriusque partis. At vero in sententia De Scildere, qui existimat, primum Matrimonium conditionatum esse irrevocabile, liquet profecto, expectandam esse impletionem conditionis prioris Matrimonii, quâ positâ, illud validum erit, tametsi conditio posterioris Matrimonii prius fuisse impleta; quia secundum Matrimonium prorsus fuit invalidum, pro illo tempore, quo adhuc pendebat conditio primi, intantum, ut tametsi cum secunda absolutè contraxisseret, minimè id Matrimonium valueret.

Sed quid dicendum in sententia Pontii & Aliorum, qui docent, Matrimonium conditionatum tantum habere vim sponsalium? Respondet Petrus Ledesma de Matrim. q. 47. art. 5. dub. 1. quod movet post 7. principale, Conclus. 1. & 2. five simul, five prius impletatur conditio secundi contractus, primum contractum manere validum, & obligare in ratione sponsalium. Et probat: quia sponsalia priora non dissolvuntur per posteriora; sed, non obstantibus postea, firma manent.

Hæc sententia displicer Sanchio lib. 5. 118. disp. 8. n. 18. ubi sic ait: Sed dicendum est, in Dupliciter Sanchio, & quare. neutrâ casu manere validum primum contractum sponsalium; quare ex illo minimè oriretur publicæ honestatis iustitia. Ratio est; quia primus contractus sponsalium cum fuerit conditionalis, fuit imperfectus, donec impletetur conditio, per cuius impletionem perficiendus erat, si contrahens non mutasset voluntatem; at mutavit in utroque eventu. Nam si simul impletur conditio, voluntas

Y y 2 est